Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

I ante E

urn:nbn:de:bsz:31-107476

Visual Library

Idōlŏthy̆tum, penult. prod. [εἰδωλόθυτον. Pol. *Ofiara bal wanam.* Vng. *Balvának áldozatot.*] Immolatum idolo.

Idoncior, Familiaris vox eſt Iuriſconſultis. Super quo vide Albertum.

Idōnĕŭs, a, um, Conveniens, aptus. [ראוי *raui.* ἐπιτήδειος. Gal. *Idoine, propre & convenable.* Ital. *Atto, conveniente.* German. Geſchickt/füglich/tauglich. Hiſpan. *Coſa decente y idonea.* Polon. *Spoſſobny, godny.* Vng. *Illendő, alkolmas.* Ang. *Apt, meet proper.*] Terent. in And. Adcon' videmur vobis eſſe idonei, in quibus ſic illudatis? Idem in Hecyra: Nequeo mearum rerum initium ullum invenire idoneum. Idoneus autor, Fidelis, ἀξιόπιστος. Cic. ad Atticum: Non mihi ſatis idonei ſunt autores ii, qui à te probantur.

Idōnĕă, orum, Tacit. lib. 4: At apud idonea provinciarum: id eſt, apud idoneos locos provinciarum.

Idōnĕē, adverbium Aptè, commodè, convenienter. [ἁρμοδίως, ἐπιτηδείως. Gal. *Convenablement, comme il appartient.* Ital. *Convenevolmente, ſofficientemente.* Germ. Geſchicklichen/füglichen. Hiſ. *Digna y decentemente.* Polon *Spoſſobnie, wczeſnie.* Vng. *Alkolmaſſan, illendő képpen.* Ang. *Aptelie, properlie.*] Cicer. 1. de Invent. Exordium, eſt oratio, auditoris animum idoneè comparans ad reliquam dictionem.

Idulis, Ovis quæ omnibus Idibus Iovi immolabatur. Feſtus.

Iduarĕ, Lingua Hetruſcorum dividere eſt. [Pol. *Dzielic.* Vng. *Megoſztani.*] Inde Viduam dictam putat Gellius, quaſi væ viduam: hoc eſt, valde diviſam.

Idūs, iduum, idibus, [εἰδοί. Pol. *Wpol' i przedzielenie mieſiaca.* Vn. *Szedei napok.*] pluralis tantùm numeri, & fœm. gen. in Martio, Maio, Iunio, & Octobri dies eſt decimuſquintus: in reliquis decimuſtertius. Dictæ idus, ut quidā exiſtimāt, ab antiquo verbo iduare, quod eſt dividere: propterea quòd ad mediū mēſem exiſtentes, in duas partes propemodum æquales menſem dividere videantur. Varro vocis hujus etymon è lingua Sabinorum, aut Hetruſcorum ductum putat, lib. 4. de lingua Latina. Ab idibus autem denominationem ſumunt ſeptem dies nonas immediatè ſubſequentes: non quòd ipſæ ſint idus, ſed quòd eas antecedant. Vnde octavo, ſeptimo, ſexto, quinto, quarto, tertio, & pridie idus dicimus: hoc eſt, octavo vel ſeptimo die ante idus. Ab idibus, idules dictæ ſunt oves, quæ ſingulis idibus Iovi immolabantur. Vide Idulis.

I ante E.

I E. In notis antiquorum, intereſt. I. E. In eum, vel Iudex eſto, vel In ære. I. F. Iulii filius, vel in foro, vel interfuit. I. F. B. In foro boario. I. F. CS. In foro Cæſaris. I. F. C. S. A. In foro Cæſaris Auguſti. I. F. H A. In foro Hadriani. I. F. IV. In foro Iulii. I. F. L. In foro Livii. I. F. FL A M. In foro Flaminii. I. F. N. In foro Nervæ. I. FO R. CS. A. In foro Cæſaris Auguſti. I. FO R. FL A M In foro Flaminii. I. FO. P. In foro Pacis, vel Palladis. I. FO. P O P. In foro Popilii, vel Pompeii, vel populi. I. FO. P. R. In foro pro roſtris, vel in foro populi Romani. I. FO. TR. In foro Trajani.

Iĕcŭr, jecoris, & jecinoris, n. t. qui genitivus (ut inquit Priſcianus) videtur eſſe à nominativo jecinus, qui non eſt in uſu. [כבד *chabidh.* Gal. *Le foye.* Ital. *Fegato.* Germ. Die Leber. Belg. Die lever. Hiſ. *El higado.* Polon. Watroba. Vngar. *Máy.* Ang. *The liver.*] Eſt autem jecur, viſcus incraſſato ſanguini ſimile, ſedes concupiſcentiæ, venarum omnium principium, & primum ſanguinis generandi inſtrumentum, ventriculum lobis quibuſdam, quaſi digitis, circunquaque complectens. A' Græcis dicitur ἧπαρ. Plaut. in Curcul. Lien necat: renes dolent, pulmones diſtrahuntur, cruciatur jecur, radices cordis pereunt. Horat. 1. Carm. Ode 13: væ meum, Fervens difficili bile tumet jecur. Martialis libro 13: Aſpice quàm tumeat magno jecur anſere majus. Plinius libro 11. cap. 37: Iecur in dextra parte eſt in eo quod caput extorum vocant, magnæ varietatis. Ibidem: Sex victimarum jecinora replicata intrinſecùs reperta ſunt.

Iĕcuſcŭlum, li, diminutivum, n. ſ. Parvum jecur. [ἡπάτιον. Gal. *Petit foye.* Ital. *Fegatello.* German. Ein Leberlein. Hiſpan. *Higadillo.* Pol. Watropka. Vng. *Májatska.* Ang. *A litle liver.*] Plin. lib. 11. cap. 37: Murium jecuſculis fibræ ad numerum lunæ in menſe congruere dicuntur.

Iecoroſus, qui ex jecore laborat.

Iēiūnium, nii, n. ſ. Abſtinentia à cibo, vel dies quib. à cibo abſtinemus. [צום *tſom* תענית *tahanith.* νηστεία, ἀσιτία. Gall. *Ieuſne, abſtinence de manger.* Ita. *Il digiuno, il digiunare.* Ger. Faſttag/abbrechung eſſens uñ trinckens. Bel. Vaſtinge. Hiſ. *El ayuno.* Pol. Poſt. Vngar. *Bőyt.* Ang. *A faſting.*] Livius 6. bell. Macedon. Eorum prodigiorum cauſa libros Sibyllinos ex S. C. Decemviri quum adiiſſent, renuntiaverunt jejunium inſtituendum Cereri eſſe, & id quinto quoque anno ſervandum eſſe. Ieiunio laborare, apud Columellam libro 3. capite 12. Ovidius 1. Metamorph. Longa domant illos inopi jejunia victu.
Idem 15. Metamorph. Carne feræ lædant jejunia.

Iējūno, penult. prod. A' cibis abſtineo. [צום *tſom.* νηστεύω. Polon *Poſzczę ſie.* Vng. *Bőytőlők.* Ang. *To faſte.*] Hieronymus ad Lucinium: Atque utinam omni tempore jejunare poſſimus, quod in Actibus Apoſtol. diebus Pentechoſtes, & die Dominico Apoſtolum Paulum, & cum eo credentes feciſſe legimus.

Iējūnus, a, um, Qui cibum nondum guſtavit. [צום *tſom,* νῆστις, ἄσιτος, ἄγευστος. Gal. *Ieun, qui eſt à ieun.* Ital. *Digiuno, che non ha ancora mangiato.* Ger. Nüchter. Hiſ. *Coſa ayuna, que non ha comido.* Pol. *Ten ktori ieſzcze nieiadl, czczy.* Vn. *Ehomra valo.* An. *That faſteth, faſting.*] Plaut. in Pſeudolo: In cœnam qui jejunus venerit, aut ſitiens, Is riſu, & ventre raſo vigilabit ſeduló. Idē Capt. Neque jejunioſiorem, neque magis effractum fame vidi. ¶ Iejunus animus, per tranſlationem pro languido & imbecillo, apud Ciceronem 4. Philipp. Quoniam qui jejuni ſunt, nimiū habent virium, Iejuna aviditas: hoc eſt, maxima, & qualis jejunis eſſe ſolet. Plinius lib. 10. cap. 5: Ea jejunę ſemper aviditatis, & querulæ murmurationis. Iejuna oratio, cui opponitur copioſa & plena. Iejuna glarea, apud Virgilium, pro ſicca & ſterili terra. Iejuna ſaliva, apud Columellam, quæ ab homine jejuno expuitur.

Iējūnum inteſtinum, Medium inter ecphyſin, & ileon ſitum obtinet: inde nomen habens, quòd perpetuò inane reperiatur. [νῆστις. Gal. *Le boyau colier, boyau qui touſiours eſt ieun.* Ital. *Inteſtino ò bodello.* Ger. Ein Darm der kein Speiß behaltet: ſonder alweg lär iſt. Hiſpan. *La tripa ayuna.* Polon. *Kiſzka vilamnel á naca.* Vngar. Bres bél. Ang. *One of the puddings ever emptie.*] Nulla enim cunctatione expellit quicquid acceperit, aſſultantis in ſe bilis acrimonia laceſſitum. Hoc antiqui *boram,* & per diminutionem *billam* dixerunt, ut inquit Feſtus: & hillum neutro genere.

Iējūnē, adverbium, Exiliter, frigidè: [ἀσιτεί, λιτῶς. Gal. *Sans boire ne manger, maigrement, petitement.* Ital. *Magramente, à digiuno.* German. Schlechtlichen/law/ ohn rechten ernſt unnd geſchicklichkeit. Hiſpan. *Magramente, ſin bever y comer.* Polon. *Slabie, koſtalo, niepotrzebnie.* Vngar. *Eetlenűl, alanaloal.* Ang. *Barely, coldly.*] ut, Iejunè de re aliqua diſputare, agere, dicere. Cicero in Oratore: Quod quum ſtatuerit, tum ut quicquid erit dicendum, id dicet: nec ſatura jejunè, nec grandia minutè, nec item contrà.

Iējūnĭtās, tatis, f. t. Propriè eſt abſtinentia à cibo. [צום *tſom.* νηστεία. Gall. *Ieuſne, abſtinence de manger.* Ital. *Digiuno, aſtinenza dal cibo.* Germ. Faſtung/nüchterkeit. Hiſpan. *El ayuno.* Pol *Poſzczenie.* Vn. *Bőytőlés, (anagy) étetlenség, alanalóſág.* An. *Faſting, bareneſſe or nakedneſſe in ſtile.*] Quanquam per tranſlationem pro exilitate, & ariditate accipitur: cui contraria eſt Vbertas, & copia. Cicero 2. Tuſcul. Sed reperiebantur nonnulli, qui quum obruerentur copia ſententiarum, atque verborum, jejunitatem & famem ſe malle, quàm ubertatem & copiam dicerent. Cicero de clar. Orat.

Ientācŭlum, taculi, n. ſ. Cibus qui ante prandium ſumitur. [ἀκρατισμός. Gal. *Le deſieuner.* Ita. *Collatione, mangiare inanzi deſinare.* Ger. Das Morgeneſſen/Morgenſupp. Belg. Ontbijt. Hiſp. *Almuerzo de mannana.* Pol. *Sniadanie.* Vn. *Fölbőitékön.* Angl. *A breakfaſt.*] Plautus Truculento: non noviſti, obſecro, Qui illic apud me erat, hujus pater? uſq; ad jentaculum juſſit ali. Sueton. in Vitel. Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpartiebat in jentacula, & prandia, & cœnas, comeſſationesque. Martialis in Diſtichis:

Surgite jam vendit pueri jentacula piſtor:
Criſtatæq; ſonant undique lucis aves.

Iento. jentas, Ientaculum ſumo. [ἀκρατίζομαι. Gal. *Deſieuner.* Ital. *Far collatione.* German. Zu morgen eſſen. Hiſpan. *Almorzar de mannana.* Polon. *Sniadam.* Vngar. *Fölbőitékönt eſzem.* An. *To break faſt.*] Varro Marcipore, ut citat Nonius: Vt eat, ac Rempub. adminiſtret, & quod pulli jentent. Afranius: Dum exeo domum, jentare nulla invitat. Vſus eſt eo verbo Suet. in Vitellio.

I ante G.

Ĭgĭtŭr, Collectiva vel rationalis conjunctio eſt, ex præcedentibus concluſionem inferens, adhibeturque (ut inquit Valla) brevioribus concluſionibus. [לכן *lachen* על כן *hal chen.* ἄρα, τοιγαροῦν. Gal. *Donc, doncques.* Ita. *Adunque, dunque.* Ger. Darumb/derhalben. Hiſ. *Aſsique.* Polon *Przeto.* Vn. *Annak okáért.* An. *Therefore.*] Cicero pro Ligario: Habes igitur Tubero, quod accuſatori maximè optandum, confitentem reum. ¶ Ponitur interdum pro inde, ſive poſtea, εἶτα. Terent. in Evnuch. Quid igitur faciam? Cic. Acad. Quid ergo eſſet id? viſum credo, quale igitur viſum? Plaut. in Amphit. Sin aliter ſient animati, neque dent quæ petant: Seſe igitur ſumma vi, viriſque eorum oppidum expugnaſſere.

Ĭgnārus, Vide IGNORO.

Ĭgnāvĭă, æ, f. p. ab ignavus fit: Inertia, formido, timiditas: & eſt contraria